dividendo. Hac sua pter personali recogn. ad praemissa omnia mediante.

Dydynski patruo suo Cedit.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemysl-
ensibus Gnosus Franciscus de Dydnia Dydynski, olim Gnosi Nicolai Dydynski cum
olim Gnosa Theophila Klodnicka procreatus filius, sanus mente et Corpore exis.
a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq. suis, quibusuis proprijs et Com-
petentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictio-
ni quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnib. 2143
totaliter et plenarie incorporando, atq. subijciendo, palam liber et publice ac
expressum recognovit. Quia ipse suo et Gnosorum Caroli et Michaelis Dy-
dynskior. fratrum suorum nomine, pro quorum rati habitione cavet et se prae-
sentibus inscribit, de omni et integro Iure suo infrascripto, quantum pro se
Recognoscente erga alios fratres suos spectat et concernit, videlicet de
Inscriptione certa inter Gnosum Ioannem Wocalowski olim Gnosi Gaspari Wo-
calowski Iudicis Terrae Praemysliensis filium ab una et se Recognoscen. 127
ac suprascriptos fratres suos, ratione certarum rerum et Conditionum, in
eadem Inscriptione contentarum, de actu et data illius hic Praemysliae
feria Tertia post Festum Visitationis Beatissimae Virginis Mariae Anno
Domini Millesimo septingentesimo septuagesimo primo proxime praeterito confe-
cta et Conscripta, Vadio Duodecim Millium florenorum polon. firmata
et Actis quibuscunque authenticis Regni roborata, nec non de Inscriptio-
ne ipsa eiusdem Inscriptionis Roboratoria, quo ad sortem et Interesse suum
inter alios Consuccessores spectat, in se de praemissis latore, Cum omnis-
missionum Iure, proprietate, Competentiaq. et praerogativa quauis, Cumq.
omnibus et singulis, tam Inscriptionis praedictae, quam Inscriptionis eius
Roboratoriae, quoad sui Recognoscentis spectat Interesse, Conditionib.
punctis, clausulis, articulis, vadio, Ligamentis, ac nexibus generaliter
Universis. Nihil ex praemissis, Iuris, proprietatis ac Cuiuscunq. Competentiae
et praerogativae, pro se Recognoscente suisq. successoribus aut quopiam
alio reservando, seu excipiendo. Verum prout praemissa omnia et sin-
gula ipsummet Recognoscentem ex sorte et Interesse sui concernebant
ac eidem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto Gnoso Franci-

sco

sco in Dydnia Dydynski Patruo suo et ipsius Successoribus, Accep-
ta ab ipso pro praemissis omnibus, quantum ad totum et Interesse sui
Recognoscentis spectat et pertinet plenaria et sufficienti satisfactione Con-
cessit et condescendit, quae Cessit et condescendit praesentibus, omneque et integrum
Ius suum sibi ad praemissa serviens, in personam eiusdem Generosi Francisci Dydyn-
2144 ski Patrui et Cessionarij sui et ipsius Successorum totaliter et plenarie transtulit
transfudit et incorporavit, prout transfert, transfundit et incorporat praesentibus.
In quod quidem Ius praesens Cessum, praemissaque omnia praesentibus per se Reco-
gnoscentem transfusa is idem Recognoscens praefato Generoso Cessionario suo, eiusque poste-
ris, quo pro sui Regnique Interesse spectat, iam exnunc et de facto coram officio prae-
senti dat et admittit realem Intromissionem, et actualem pacificamque possessionem
per Ministerialem quemcunque Competentem et nobiles duos die quacunque voluerit officiose ac-
ceptandam. Per ipsum Generosum Cessionarium suum et ipsius posteros hocidem
Ius praesens Cessum, Praemissaque omnia per praesentes transfusa, cum universis
eorum utilitatibus et usufructibus Competentiaque et praerogativa quavis tenendi
habendi et possidendi, illisque quiete et pacifice utifruendi, ac ad suos suorumque
Successorum, quosvis beneplacitos, usus fructus libere et effectualiter convertendi
praefati Iuris Originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisque Cessi
et transfusi Vigore. Debebitque et tenebitur memoratus Recognoscens Generosus
Franciscus Dydynski prout se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter
omnibus, ac summis quibusvis pecuniarijs habitis et habendis, praefato Generoso Fran-
cisco Dydynski Patruo et Cessionario suo inscribit et obligat praesentibus,
ipsum et eius Successores in dicto Iure Cesso praemissisque omnibus praesentibus trans-
fusis, et ratione eorundem omnium praesentibus a Cessionario ab omni et quavis
impetitione Iuridica, quarumcunque personarum Cuiuscunque Conditionis status et se-
xus Cuiusvis existentium ex re persona et occasione sui Recognoscentis et suorum
Successorum, Iurisque praesentis Cessi tantummodo et non ultra exoriunda in omni
Iudicio et officio Regni, semper toties quoties opus fuerit tueri defendere
evincere intercedere, et eliberare, indemnemque cum posteris reddere, necnon hoc
idem Ius praesens Cessum praemissaque omnia praesentibus transfusa, ab omnibus
in genere Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eadem prae-
missa omnia praesentibus concernentia, Cuiuis personarum modo quocunque in idem
ex re persona

eo re persona et occasione sui Recognoscentis suorumq successorum tantummodo et non ultra factis et faciendis, ac quibusvis Citationibus super eadem praemissa omnia per praesentes Cessa importatis et importandis, Lucris denique et Perlucris, processibusq Iuris quibusvis, in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus transfusis iisdem eo re persona et occasione sui Recognoscentis suorumq successorum, tantummodo et non ultra perductis et perducendis emundare et eliberare mundaq et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum Iure praesentibus obtiente oneratorum, dum personam et nobiles decos officiose requiretur non denegare, imo debebit et tenebitur eandem libere dare, et effectualiter admittere, Dataq et admissa eadem, possessionem et usumfructum praemissorum omnium praesentibus transfusorum quovis modo tam per se, quam per suas quasvis submissas et subordinatas personas non praepedire nec adimere, ipsumq Cessionarium suum et eius successores in praemissis omnibus praesentibus Condescensis nullo modo inquietare, ita ut is idem Cessionarius suus cum suis posteris hoc idem Ius praesens Cessum, summam ac bona Iure praesenti Cesso onerata praemissaq omnia praesentibus Cessa cum universis eorum utilitatibus et usufructibus, Competentiisq et praerogativis quavis quiete et pacifice praesentis Inscriptionis Cessionariae vigore tenere, habere, et possidere queat, illisq uti frui possit, Idq sub Vadio Quatuor Millium Florenorum polonicalium pecuniae Recognoscentem sive eius posteros praenominato Cessionario suo et illius posteris ob non Complectionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio necnon praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, Citatus existens memoratus Recognoscens Dnus Franciscus de Dydnia Dydynski olim Dni Nicolai Dydynski filius sive eius Successores, Ad Instantiam praenominati Dni Francisci in eadem Dydnia Dydynski Patrui et Cessionarij sui vel eius posterorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Premysliense, extunc recessu suprascripto quoad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis termino, tanquam peremptorio stare, Iungarere, respondere, Vadium praefatum luere, Inscriptioni praesent

praesenti satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur seq;
ac suos successores ad eadem omnia in sensibus et obligat praesentibus. Ad
Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes
Causa eiusdem Terminos semper peremptorios, vera infirmitate pro maiori
minorennitate successorum, legatione, intra vel extra Regnum servi-
2146 tio militari, ad munimenta, ad evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus
et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem ultra proximos
officij praefati Castrensis Capitan. Praemyslien. Terminos, dilationem sibi non
recipiendo, nullasq; motiones, appellationes, accarumq; prosequutiones faciendo,
ac praemissa omnia poenis, simplicibus, vel triplicatis evasionibus, suspen-
sionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri bello, Conventioneq; ac alijs
omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio
quovis evadendo, Hac sua praesenti personali recognitione mediante.

Feria secunda ipso die Festi Prae-
sentationis Beatissimae Virgi-
21/XI. # nis Mariae Anno Domini Mil-
lesimo sexcentesimo septua-
gesimo secundo.
Szezierski Pohoreckim Contingit
1272 # Obligat et Fratrem statuet

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemyslien. Nobilis
Ioannes Szezierski Nobilis Christophori cum Nobili Xenia Klembowska procreatus filius
sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq; suis
quibusvis proprijs et Competentibus recedendo. praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum huius attinet, se cum successoribus, ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq; subijciendo palam libe-
re publicè ac per expressum recognovit. Quia ipse suo et Nobilis Stephani Szezier-
ski fratris sui germani, pro cuius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit
nomine